Barcelona, Biblioteca de Catalunya, ms. 479, 6v.

*Nec habent quod manducent. Matheus 19*[1]*. Marcus 8, 10, 6. Et ut nostrum thema facilius concluditur in nostro sermonis exordio triplex regula inseratur.*

*Prima.* Jhesucrist sol provehir totz quants som en esta vida per sa ampla caritat.
2n. L'om pel món sol avorrir la bonesa enfinida e per sa gran malvestat.
3ª. Car l'om peccat vol tenir en sa cambre fort humida tot li és stat levat.

*Dico igitur primo quod* Jhesucrist *et cetera. Et hoc* [*est*] *quod dicit ipse statim infusione anime. Ruth 3º:* «*Filia mea, quaeram tibi requiem et providebo ut bene sit tibi*[2]». *Propter quod Bernardus, Super Cantica, sermo 26*[3], *de nostri similia loquens, ita inquid:* «*Implebit Deus rationale nostrum luce sapientiae ut penitus nihil desit in ulla sciencia. Implebit concupiscibile nostrum fonte iusticie ut omnino desideremus eam et ea penitus repleamur. Nulla enim alia res implere potest desiderium nostrae animae nam beatificatio potest iustitia. Cum ergo repleverit Deus concupiscibile nostram iusticia, quidquid respuere debet anima, respuet, quidquid debet concupiscere, concuscet et ex omnibus hiis magis apperet quod magis fuerit appetendum*[4]». *Reperit autem irascile summa iocunditate, letitia et pace, dicit hec.*
*Et ideo merito dicit ipse in Genesis 30º:* «*Iustum est alium provideam domui mee*[5]». *Et ideo dicit cuilibet meam:* «*Exenti in gratia cum hora vescendi fuerit veni huc et comede*[6]», *Ruth 2º. Et ideo Agustinus:* «*Scit celestis medicus quid daturus est ad consolationem* [...][7] *et quid sub tractaturus ad ex*[*er*]*citationem*[8]», «*quid enim prosit vel obssit medicus novit non egrotus*[9]». *Et ideo Matheo 16 dicitur:* «*Argumentati ut si Dominus dat corpus et animam multo magis dabit eis* /[7r.] *necessitati*[10]». *Et ideo 1ª Petri 5:* «*Omnem sollicitudinem vestram prohicientes in eum quoniam ipsi cura est de vobis*[11]» *et iterum argumentatione idem actor pascit viliores creaturas. Psalmos;* «*qui dat iumentis escam ipsorum*[12]» *etiam multo magis nos qui sumus nobiliores. Item si ac induit lilia agri et facet ea crescere, quanto magis dabat nobis necessaria ut pro horum omnium concordia dicta ipse. Idem Iohanem 15.* «*Sine me nihil potestis facere*[13]».

*Dico 2º quod* l'om pel món sol avorrir *et cetera. Et hoc est quod dicit Moyses, Deuteronomio 32:* «*Invenit eum in terram deserta in loquo horroris et vaste solitudinis*[14]»,«*Dereliquit Deum factorem suum et recessit a Deo salutari suo*[15]», «*Inmolaverunt demoniis et non Deo diis quos ignorabant*[16]», *sed* «*Congregabo eos mala et sagitas meas conplebo in eis. Consumentur fame et devorabunt eos aves morssu amarissimo dentes bestiarum inmittam cum furore trahencium super terram adque serpencium foris vastabit eos gladius et intus pavor iuvenem simul ac virginem lactentem cum homine sene*[17]». *Et ideo Psalmos:* «*Omnem escam abhominata est anima eorum*[18]». *Glosa 1 :* «*Verbum Dei, quod vita est animae peccator*». *Et ideo Daniel 13:* «*Everterunt sensum suum et declinaverunt occulos suos ut non viderent celum*[19]» *quod considerans Ieremiae capitulum 3, dicit:* «*leva occulos tuos* [*in directum*] *et vide ubi [non] prostrata sis*[20]», *et ideo Hugo, De Arrha:* «*Sponte anima mea argue temetipsam coram Domino quo usque hec de tantis beneficiis ingrata fuisti et miserationes eius plurimas cognoscere noluisti*[21]» *et Ysaia primo:* «*Deli*[*n*]*querunt dominus, alienati sunt retrorsum*[22]», *et scis quod est ipsorum* malvestat *quia mundus:*

---

[1] Mc. 8, 2. | [2] Ruth 3, 1. | [3] *Al marge* hic vidit provisionem animae. | [4] Bernardus Clarevallensis, *In festo Omnium Sanctorum, sermo IV*. PL 183, 474b (). | [5] Gen. 30, 30. | [6] Ruth 2, 14. | [7] *Paraula esborrada il·legible.* | [8] Cita no localitzada entre les obres d'Agustí d'Hipona, però sí a Stephanus a Borbone, *Anécdotes..*, p. 346. | [9] Agustinus Hipponensis, Sermo 354: (). | [10] Cita no localitzada. | [11] 1Petr. 5, 7. | [12] Ps. 146, 9. | [13] Io. 15, 15. | [14] Deut. 32, 10. | [15] Deut. 32, 15. | [16] Deut. 32, 17. | [17] Deut. 32, 23-25. | [18] Ps. 106, 18. | [19] Dan. 13, 9. | [20] Ier. 3, 2. | [21] Hugo a Sancto Victor, *Soliloquium de arrah animae,* PL 176, 963. | [22] Is. 1, 4.

És angoxós e fort cruell. *Iohannis, 16: «In mundo pressuras habebit*[23]*». Cristus autem piadós e fort feell.*
És amargós axí com fel. *Ysaia 4 :* «*Ne qui ponitis dulce in amarum*[24]». *Cristus autem* dolcet axí com mel. Psalmos.
És buyt e ple de vanitat. *Ecclesiastes 2º: «Vidi*[25] *in omnibus vanitatem*[26]*». Cristus autem fidelis et verax* e ple de veritat.
És fosch e ple de cecitat. *Thobiae 3:* «*Excetatus est*[27]». *Christus autem* lum e vera claritat. *Iohannes primo:* «*Illuminans*[28]».
És ignorant e sens sciència. I Corintis 5: «Spiritum *veritatis quod mundus non potest accipere*[29]». *Christus autem* scient perennia.
És subjugat a l'alta presència. *Romanos 3*: «*Subditus fiat mundus*[30]». *Christus autem* ha pietat e gran excel·lència.
Serà jutgat per los sans coronats. *Romanos 6:* «*Sancti de hoc mundo iudicabunt*[31]». *Christus autem* jutgarà-los dap[...]
Ell ha ayrat qui Déu ha amatz. *Iohannis 15*: «*Quia de mundo non estis, propterea odit vos mundus*[32]» e lo [...]
Trespassa sens nulla duranssa. Romanos 7: «*Preterit figura huius mundi*[33]». *Christus autem* stà eternalment e ab gran conb[...]
Serà dapnat sens nulla duptanssa. *Romanos XI*: «*Ut non cum mundo dapnemur*[34]». *Cristus autem* iutgarà ab gran [...]
És ple de peccats. *Mathei 18*: «*V*[*a*]*e mundo ab scandalis*[35]» / *Christus autem* sens null peccat.
Som per él enganats. *Exodi 4:* «*Abholita est promissio*[36]» */ A Christo autem* som informats, *ut merito pro horum originem·concordia dicatur id, Deuteronomio 32:* «*Popule stulte et insipiens*[37]» *et cetera.*

*Dico 3 quod* car l'om peccat vol tenir *et cetera*. *Et ideo merito dicitur ei id Daniel 4:* «*Tibi* /[7v.] *dicitur: o peccator*» *quia ita in corpore tuo facis habitare peccatum,* «*Transiit regnum tuum a te*[38]» *non enim donabis tui, sed dyabolus cui donabitur ab hominibus qui sunt in Dei gratia, angeli* «*Te eicient, et cum feris erit habitatio tua*[39]» *scilicet, cum serpentibus inmundis. Et ideo* «*Iam non poteris amplius*[40] *villicare*[41]», *et ideo Psalmis:* «*Auferes spiritum eorum et deficient et in pulvurem suum revertentur*[42]», *et Iob 3 dicitur:* «*Peccator consequendo dominus scilicet nec abstulit mala ab occulis meis*[43]», *et ideo Iudith 5:* «*Et usque dum non peccassent in conspectu Dei sui, erint cum illis bona quotienscumque autem prater ipsum dominum alterum coluerunt, dati sunt in praedam et in gladium et in oprobium*[44]». *Ut igitur ex nostro themate fiat aliqualis conclusio, formetur talis ratio*:

Pus axí és que Jhesuchrist sol provehir *et cetera, ut dicit prima ratio.*
E axí és que l'om pel món sol avorrir *et cetera, ut dicit 2ª*
E axí és que cant l'on peccat vol tenir *et cetera, ut dicit 3ª . Igitur sequitur*

qui no ha de què nodrir pusque son cors que·s a mida, temps ha que no ha menjar. *Et hoc est quod dicunt verba nostri tematis, dicit evangelium. In quibus duo breviter tanguntur, ostenditur namque de peccatoribus in peccato permanentibus.*

Com són fort fretureyans perquè són dits mendicans en la lur petició, *quia nec habunt.*
Com són fort desiyans que aguessen alcuns pans per la lur refecció, *quia quod manducent.*

*Dico igitur, primo membro dimisso, quod in 2º membro ostendebatur de peccatoribus.* E com són for desigans et cetera, *quia manducent. Et si abiectis nebulis nostre mentis velimus*

---

[23] Io. 16, 33. | [24] Is. 5, 20. | [25] *Vulg.* Vidi. | [26] Eccl. 2, 11. | [27] Tob. 7,7. | [28] Io. 1, 9. | [29] Io. 14, 17. | [30] Rom. 3,19. | [31] 1Cor 6, 2. | [32] Io. 15, 19. | [33] 1Cor 7, 31. | [34] 1Cor. 11, 32. | [35] Mt. 18, 7. | [36] Rom. 4, 14 | [37] Deut. 32, 6. | [38] Dan. 4, 28. | [39] Dan. 4, 29. | [40] *Ratllat* amplificare. | [41] Lc. 16, 2. | [42] Ps. 103, 29. | [43] Iob 3,10. | [44] Cf. Iud. 5, 18-21.

*advertere ad sacrarum seriem scripturarum, repropiemus in ea quam plurimos quibus reficit Deus peccatores in se sperantes repropionamque, panem 7 quos ponit Bernardus in hiis verbis*[44]:
*«Primus panis conservatio gratie fuit, qua me, licet indignum, a multis peccatis custodivit. Huius tria teneo fragmenta, tribus siquidem modis a peccato memenini conservatum*
*Occasionis substractione*
*Resistendi tota*[45] *virtute*
*Afectionis sanitate.*

*Secundus quoque panis expectatio fuit, qua tardabat ultionem, quia indulgentia cogitabat. Et huius panis 3ª fragmenta accipite cogitantes*

*Longanimitatem quam exhibuit*
*Eleccionem predestinacionis sue quam impleri voluit*
*«Caritatem nimiam qua nos dilexit*[46]*». Propter hoc enim avertit occulos suos a peccatis meis.*

*De 3 quoque panem eius scilicet misericordie qua convertit nos ad penitentiam, 3a fragmenta accipit*
*/*[8r.] *Concussit cor meum, excitans illud ut averteret suorum vulnera peccatorum,*
*Terruit deducens ad portas inferni, et preparata iniquis supplicia mo[n]strans,*
*Consolationem* [*in*]*spirans, spem indulgentiae redidit. In hiis tribus eo converssus sum.*

*Iam vero quartus panis, ipsa est indulgentia, diligenter colligite fragmenta ne pereant. Sunt enim salubria valde et dulciora, super mel et favum. Sic nimirum ex toto indulsit, et tam liberaliter omnem donavit iniuriam*
*Ut iam nec damnet ulciscendo*
*Nec confundat inproperando*
*Nec minus diligat impuniendo.*

*Continentia ipsa est panis quintus, in quo nihilhominus tria inventio, sed quo tria habeat oppugnatores.*

*Iam vero sexti panis fragmenta accipit. Est autem iste panis gratia promerenda bona, scilicet vita eterne, quam gratiam in tribus constare arbitrior*
*In odio praeteritorum malorum*
*In contemptum praesentium honorum*
*In desiderio futurorum*

*Septimus quoque panis est spes obtinendi cuius nihilominus teneo fragmenta tria, inquam sunt, quae sic ro*[*bo*]*rant et confitmant cor meum, ut*
*Nulla me penuira meritorum*
*Nulla conssideracio propie humilitatis*[47]
*Nulla estimacio celestis beatitudinis,*

*ab altitudine spei d*[*eic*]*ere possit in ea firmiter radicatum. Co*[*n*]*ssideratio autem in quibus tota spes mea conssistit*
*In caritate adopcionis, scio enim cui credidi et certus sum quia in caritate me adoptavit.*
*In veritate promissionis, quia verax est in promissione.*
*In potestatem redditionis, quia potens in exhibitatione. Licet enim ei facere quod vult*[48]*».*

[44] Inici de la cita de sant Bernat. | [45] *A l'original* data. | [46] Eph. 2, 4. | [47] *A l'edició electrònica*, vilitatis. | [48] Bernardus Claraevallensis, *De fragmentis septem misericordia. Sermo de dominica VI post pentecoste*. PL 183, 341d. (↗)

*Hec omnia*
*Ambrosius autem Super Expositionem Omelie Marcus 8, ponit alios 7 inquirens*[49]*, ita:*

*Primus panis, quo* [...] *noster fuit repletus, est Spiritus timoris. Hic frangere in partes 3 debet naturam quicumque sic timere*[50]:
*Sue cane incertitudinem:* «*Nescit homo utrum dignus sit odio vel amore*[51]», *Ecclesiastes IX.*
*Iudicis eterni rectitudinem et Reges 23:* «*Deus Israel iustus dominator homini in timore*[52]».
*Pene magnitudinem. Hec sunt enim qui cibant animam ne in peccatum cadat. Iob 31:* «*Semper enim quasi timentes super me fluctus timui Dominum*[53]».

/[8v] *Secundus panis est Spiritus pietatis. Tres huius partes sunt, super quod triplici modo debes dare habundanter.*
*Habundanter. Luce 6: Eadem quippe* «*menssura quam menssi fueritis remensietur vobis*[54]».
*Letanter:* «*Non dicas amico tibi veni et dabo tibi cras quod statim poteris dare*[55]». *Proverbiorum 3.*
*Frequenter. Ecclesiastici 3:* «*Qui scito dat bis dat*[56]».

*Tertius panis est Spiritus sciencie quo dividitur in tres partes. De isto psalmos:* «*pauperes eius saturabo panibus*[57]».
*Fidem dispenssare. Hester 16:* «*Dignam per fidem mercedem accipiet*[58]».
*Temporalia disspensari. Psalmos:* «*Distribuite domos eius ut ennarrretis in progeniem altera*[59]».
*Bene* «*conversari in medio prave et perverse nationis*[60]»*. Iuxta id: «pacienciam habe in me et omnia re*[*ddam*] *tibi*[61]»*. Mateo 18.*

*Quartus panis est Spiritus concilii. Huius sunt tres partes. De isto dicitur Iohannes 6:* «*Verba qui locutus sum vobis spiritus et vita sunt*[62]».

*Vende*
*Dare*
*Sequire.*

*Mathei 19:* «*Si vis perfectus esse, vade et vende omnia quam habes et da pauperibus et sequire me*[63]».

*Quintus panis est Spiritus fortitudinis. Huius sunt 3 partes. De isto pars panis cor hominis confirmat.*

*Magnanimitas*
*Longanimitas*
*Benignitas.*

*De his tribus, Ad galatas 5:* «*Fructus spiritus sciliciet fortitudinis benignitas*[64]»*, Ecce tertium, benignitas ecce primum, longanimitas ecce secundum.*

*Sextus panis est spiritus intellectus. Hec dividitur in tres. De isto dicitur Trene 4:* «*Aarvuli petierunt panem*[65]»
*Intelligere quod Dei*
*Quae precepta sunt*

---

[49] Font no localitzada. | [50] *al marge:* "Psalmi: «quia cinerem tanquam panem manducabam» scilicet, propter timorem quod habebam", Ps. 101, 10). | [51] Eccl. 9, 1. | [52] 2Sam. 23, 3. | [53] Iob 31, 23. | [54] Mt. 7, 2. | [55] Prov. 3. 28. | [56] Cf. Prov. 3, 27. | [57] Ps. 131, 15. | [58] Esth. 16, 23. | [59] Ps. 47, 14. | [60] Petrus Lombardi, In III Sententiarum dis. 34, q. 1, art. 2 (↗); Thomae Aquinatis, *Super Sententiis*, lib. 3 d. 34 q. 1 a. 3 arg. 5 (↗) | [61] Mt. 18, 26. | [62] Io. 6, 64. | [63] Mt. 19, 21. | [64] Gal 5, 22. | [65] Lam. 4, 4.

*Quae tenenda sunt*

*De hiis tribus pars «intelligite qui obliviscimini Deum», quanto ad primum; «ne quando rapiat», quanto ad 2m; ut «non sit qui eripiat*[66]*», quanto ad tertium.*

*septimus panis est spiritus sapiencie. Hic dividitur in tres. De isto, Ecclesiasticus 31: «Panem occiosa non comedit*[67]*».*
*Scire preterita ne dolevatur*
*Scire presencia ut supernatur*
*Scire futura ut affecteretur*

*De hiis Bernardus: tria inquid, sunt, «in quibus tota materia sciencia dicitur voluit preteritorum oblivisci, presencium non concupisci, futurorum adipisci*[68]*».*
*Hiis inquid Ambrosius recreatur noster spiritus qui prius erat aridum et insipidum. Iuxta id «aruit cor meum*[69]*» intra me, de quolibet autem horum dicitur id psalmos: «panis cor hominis confirmit*[70]*».*

*Preter autem hos XIIII panis ponit Augustinus 5 alios ordeaceos et quod plurimum duros intrum ut eos gustantes ad fletum et metum perducant.*

*Primus panis est memoria mortis. Huius tria sunt fragmenta propter tres proprietates pessimas. Mortis est enim*[71]
*Inevitabilis. Psalmis: «Quis est homo qui vivet et non videbit mortem*[72]*».*
*Irrevocabiis. Ecclesiastes 8: «Non est in homini dicione prohibere spiritum nec habet potestatem in die mortis*[73]*».*
*Horribilis. Ecclesiastici 41: «O mors, quam amara est memoria tua*[74]*».*

*Secundus panis est memoria passionis Christi, ex qua avenit nobis tria fragmenta. De isto dicitur Ysaia 55: «omnes scicientes, venite emire et comedire ab*[s]*que ulla comutatione*[75]*».*
/[9r.] *Dampnum quod ipse sustinuit. Psalmos: «omnes videntes me deriserunt me*[76]*».*
*Utilitas quod nobis proferit. Gregorius: «mortem nostram moriendo destruxit*[77]*».*
*Dolor quod ius inmiscuit Trenis 3: «O, vos qui transitis per viam*[78]*».*

*Tertius panis est memoria distincta iudicii, et huius sunt accidenda tria fragmenta. De isto, Ecclesiastes 9: «Comede in leticia panem tuum quia placebunt Deo opera tua*[79]*».*
*Primum, nihilum de peccatis suis poterit abscondere ad he vinus est sermo Dominum.*
*Secundus, nullus poterit sententiam vitare, Proverbiorum 6: «Zelus et furor viri non parcet in die vindicte*[80]*».*
*Tertium, quia latam apartebit sustinere. Psalmos: «Quo ibo a Spiritu tuo et quo a facie tua fugiam*[81]*».*

*Quartus panis est memoria a missionis glorie paradisi. Huius sunt tria fragmenta. De isto Ecclesiastes XI: «Mite panem tuum super transeuntes aquas et post multa tempora invenies eum*[82]*».*
*A missio stole corporis*
*Corporis propetuituas*
*Anime eternitas.*

*De hiis Romanos 2: «Gloriam», quanto ad primum, «honorem», quanto ad secundum et «*[*in*]*corruptionem*[83]*», quanto ad tertium. Quarentibus vitam eternam.*

---

[66] Ps. 49, 22. | [67] Prov. 31, 27. | [68] Cita no localitzada. | [69] Ps. 101, 5. | [70] Ps. 103, 15. | [71] *al marge*, [3 R]eg 22: «sus[tentate] eum pane [tribulatio]nis». 3Reg. 22, 27. | [72] Ps. 88, 49. | [73] Eccl. 8, 8. | [74] Eccli. 41, 1. | [75] Is. 55, 1. | [76] Ps. 21, 8. | [77] *Gregorius Magnus*, Comm. In Regum cap.I. PL 79, 23 A-B. | [78] Lam. 1, 12. | [79] Eccl. 9, 7. | [80] Prov. 6, 34. | [81] Ps. 138, 7. | [82] Eccl. 11, 1. | [83] Rom. 2, 7.

*Quintus panis est memoria incurssionis pene. De isto dicitur Iob 33: «Abhominabilis est in vita sua panis et anime illius cibus ante desiderabilis*[84]*».*
*Combustio carnis*
*Comestio vermis quanto ad animam*
*Eternitas in utroque. Ysaya ultimo: «Vermis eorum non morietur*[85]*».*

*De hiis duobus, Iudith ultimo: «Dabit ignem», quanto ad primum, et «vermes*[86]*», quanto ad secundum.*

*Preter hoc 5 panis repperio alios in scriptura premostratos:*

*Primus panis verbi Dei. De isto dicitur Deuteronomio7, Mateo 4: «Non in solo pane vivit homo, sed in omni verbo quod procedit de ore Dei*[87]*». Huius autem sunt tria fragmenta:*
*Lecciones divine*
*Oraciones assidue*
*Sermo doctrine*

*De hiis tribus Origenes, Super Leviticus: «Nutrimanta inquid spiritus sunt lecciones diem, orationes assidue sermo doctrine. Hiis aliter hiis convalescit, hiis victor efficitur*[88]*».*

*Secundus panis est penitentiae, de quo Psalmos: «Cibabis nos pane lacrimarum*[89]*». Huius sunt 3 fragmenta:*
*Contrictio. Iob 3: «Antequam comedam suspiro*[90]*».*
*Confessio. 3 Reges 19: «Ecce ad caput subcinericius panis*[91]*».*
*Satisfacio. Psalmos: «Labores manuum tuarum qui manducabis*[92]*».*

*Tertius panis est vite, et iste panis est ipse Christus, de quo Iohannis 6: «Ego sum panis vivus qui de celo descendi*[93]*». Huius sunt tria fragmenta in tria averunt manducantibus*
*Perpetuitas. Iohannis 6: «Qui manducaverit ex hoc pane vivet in eternum*[94]*».*
*Inmortalitas. Idem: «Qui vivit et credit in me non morietur in eternum*[95]*».*
*Delectabilitas. Genesis: «Pinguis est panis Christi praebebit delicias*[96]*», capitulo 46.*

*Quartus panis est lamentacionis. De quo psalmos: «fuerunt mihi lacrime meae panes die ac nocte*[97]*». Huius sunt tria fragmenta:*
/[9v.]*Ieiunium*
*Fletum*
*Planctum*

*De hiis tribus* [...] *et conver*[...] *in toto corde vestris in ieiunio ecce primum, in fletum* [*secundo*], *et in planctum, tertium.*

*Quintus panis est iusticie. De isto dicitur Mateo 5: «Beati qui esuriunt et sciciunt iustititam quia ipsi saturabuntur*[98]*». Huius sunt tria fragmenta secundum quod iusticia consistit in tribus:*
*Primo in sui correctione. Luce 6: «Eice primo festucam de occulo tuo*[99]*».*
*Secundo in proximi informatione. Prima Iohanem 3: «qui vidit fratrem suum necessitatem habere*[100]*» et cetera.*
*Tertio. Misericordiae exhibicione. Luce 6: «Dimissit dimitetur vobis*[101]*».*

---

[84] Iob 33, 20. | [85] Is. 66, 24. | [86] Esth. 16, 21. | [87] Deut. 8, 3; Mt. 4, 4. | [88] *MFl*, Predicatio, bd (); Origenem, *Omelia XXXIX Super Leviticum*. | [89] Ps. 79, 6. | [90] Iob 3, 24. | [91] 3Reg. 19, 6. | [92] Ps. 127, 2. | [93] Io. 6, 41. | [94] Io. 5, 62. | [95] Io. 11, 26. | [96] Gen. 49, 20. | [97] Ps. 41, 4. | [98] Mt. 5, 6. | [99] Lc. 6, 42. | [100] 1Io. 3, 17. | [101] Lc. 6, 37.

*Sextus panis est panis sacramentalis*[102]*, de quo I Corintiorum XI: «Quicumque manducaverit hunc panem et biberit calicem domini indigne reus erit*[103]*» et cetera. Huius tria fragmenta plurimas rationes. Prima ratio, propter intelligenciam trinitatis. 2ª ratio propter tres status qua fuerit in Christo, scilicet mortalis post mortum sepultus, tertia inmortalis. Tertia ratio propter tria loca qua fuerunt visitata a Cristo, scilicet terra, infernus, celum. 4m propter tres rationes propter quas debet celebrare presbiter. Prima in laudem et gloriam Dei. Secunda, in frigerium exuncium et purgatorio, et hoc denotat tria particula quod ponitur in calice. Tria, in conservatione illorum qui sunt in mundo. Istud panem Deo volente sumus recepturi in Pascha, qui conservat nos. Hic in gratia et in sequenti dabit nobis gloriam quam nobis concedere dignetur.*

---

[102] *al marge, cita no localitzada.* | [103] 1Cor. 11, 27.